

DIE II. JUNII.

BB. SADOC ET SOCIORUM XLVIII MM. O. P.

DUPLEX.

In utrisque Vesperis  $\forall$ . Ora pro nobis beate Sadoc cum Sociis tuis. T. P. Alleluia.  $\Re$ . Ut digni efficiamur promissionibus Christi. T. P. Alleluia.

Oratio.

**O**STENDAT te nobis Domine Jesu, post hoc exsilium, clemens et pia Virgo Maria mater tua : quam beati Sadocus et Socii, inter hostiles infidelium impetus, incessanti voce salutantes & preoptatam martyrii palmam a te recipere meruerunt : Qui vivis.

In j. Vesperis Memoria Ss. Marcellini et Petri Mm.

Oratio.

**D**EUS, qui nos annua beatorum Martyrum tuorum Marcellini et Petri solemnitate laetificas : presta, quaesumus, ut quorum gaudemus meritis & provocemur exemplis : Per.

DIE IV. JUNII.

IN TRANSLATIONE S. PETRI M. O. P.

TOTUM DUPLEX.

Omnia ut in praecipuo ejus Festo, die xxix. Aprilis.

DIE V. JUNII.

S. FRANCISCI CARACCIOLIO CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui beatum Franciscum, novi Ordinis institutorem, orandi studio et poenitentiae amore decorasti : da famulis tuis in ejus imitatione ita proficere & ut semper orantes, et corpus in servitum redigentes, ad caelestem gloriam pervenire mereantur : Per.